BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



pictorum: ut in alto sedem habere angeli:
& quasi leui uolatu ubiq; discurrere posse sig
nentur; neq: ullā habere tarditatē quin confer
tim ubicumq; uoluerint adsint; quod ipsum quo
quenobis post resurrectionē spiritali iam corpore
uestiti sine dubitanter p mittitur; Expandunt
ergo alas cherubim & propitiatorium tegant:
qm angeli omnē suae naturae potentiā: qua in al
tis habitare: & cuncta superna eiusdem patriae loca
leui ac labili tenere penetrare meruerunt: in
obsequiū sui conditoris offerunt; ac uelut propi
tiatoriū contuentes obumbrant: id est honorent
uelando; quia eorū quē habent status perpetuae
felicitatis eius gratiae deputant: a quo utinihil ma
li uelle possent acceperunt; Duo sunt autem:
propter significandā societatē angelicae pacis:
quia minus quam inter duos haberi caritas non
potest; unde & se se respicere mutuo & in propi
tiatoriū uultus iubentur habere; quia animi rum
in glorificatione diuinae uisionis: sibimet & alterutrū
consonant; Item p duo cherubim possunt duoter
tamenta figurari: quorū unū futurē dni incar
nationē: aliud factam clamat; respiciuntq: se
mutuo: quia in ad testatione ueritatis quā pdicant: